



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Novatus Presbyter. 20. Iunii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

S. NOVATUS PRESBYTER.

20. Iunii.

Non jam Priamum aut Nioben Græ-
 cus Parnassius cantet in funera sua
 fœcundos. At nos *Pudenti* Senatorii or-
 dinis Romæ viro *NOVATUM* & *TIMOTHÆUM*
 filios geminos, totidem-
 que filias *Pudentianam* & *Praxedem*
 gratulamur, omnes cum ipso patre cælo
 insertos. Et felicitatem hanc tam sancta
 familia ducibus Apostolorum DD. Pe-
 tro & Paulo debet, qui post hospitii tes-
 ferant *Pudentem* sacris undis admove-
 runt, & uti animū, ita animi socium cor-
 pus candidā veste induerunt. Et servavit
 ille utramque ab omni labe eximiam, æ-
 desque suas commune miseris hospitium
 fecit. Demortui virtutes hereditario jure
 sibi debitas liberi certatim involarunt,
 quamvis vivente, & arridente patre, idem
 jam fecerant. Ædes in templum versæ;
 patrimonium in pauperes dilapidatum;
 tota familia (capita numerabat XCVI.)
 omnis sacro fonte lustrata; latebræ af-
 flictiis Christianis datæ; firmati nutan-
 tes; roborati morientes; mortui terrâ
 tumulati. Sacra à *NOVATO* & *TIMOTHÆO*
 fratre omnibus ministrata. De-
 nique non jam in tempulum tantum,
 sed cælum migrasse domum tam san-
 ctam dixisses. Certè cælo digna ab ipso
 cælo

396 VITÆ SANCTORUM. 21. Junii.
cælo judicata est nobilissima hæc fami-
lia; in quam utinam more veteri tran-
sire ignobiles nos terræ filii aliquando
possimus! *Ex Ferrar.*

*Voca Deum Patrem, & da operam,
quatenus tibi sit lælestis vita, divini mo-
res, & forma Deitatis tota tua præferatur
in forma; quia cælestis Pater respondentes
generi suo filios muneribus ditat divinis;
degenerantes ad pœnalem revocat servitu-
tem. S. Chrysol. serm. 71.*

S. HEMMINGUS EP.

21. Junii.

IN HEMMINGO Aboënsi Pont. à
primis annis jam eæ morum gemmæ
emicuerunt, quæ insulæ olim majestatem
decerent; ita jam tum in puero nihil
puerile præter ætatem erat. A ludis om-
nibus alienus, totus studiis seriis jam
tunc occupabatur, & in his ipsis unius
Dei gloriam quarebat, semper in cæ-
lum collimans unicum scopum suum,
sed Christiano homini, ut non aberret,
fatis magnum. Et talis ille etiam dura-
vit, postquam Collegio Canonicorum
adscriptus fuit, nisi quòd tunc, ut alii
numorum, ille virtutum potius cen-
sum